



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

442. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ex Concilio Meldensi.

Concil. Meld.

c. 52.

Burchard. lib.

z. c. 4.

CCCCXLII. Hi qui ordinari petuntur nullatenus ordinentur nisi in loco certo & religioso, vel etiam in civitate, saltim uno anno immorentur, ut de vita & conversatione atque doctrina illorum certitudo possit agnosciri. [Vide supra cap. 389.]

Qualiter Episcopus ordinandus examinabitur. Ex Concilio Carthaginensi.

Concil. Carthag. 4. c. 1.

Burchard. lib.

z. c. 8.

Ivo par. 5.

c. 62.

Gratian. dist.

23. c. 2.

CCCCXLIII. Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura prudens est, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper sui negotij cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus adserat, id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatem deitatem coessentialem & consubstantialem & coeternalem & coomnipotentem praedicans, singulam quamque in Trinitate personam plenum Deum & totas tres personas unum Deum, si incarnationem divinam non in Patre neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credit; ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens & animam humanam rationalem, simul in eo utriusque naturae, id est, homo &